



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Exercitium Perfectionis, Et Virtutum Christianarum

In tres Partes distinctum

Rodríguez, Alonso

Coloniæ Agrippinæ, 1622

VII. Aliqua ad paupertatem spiritus consequendam, eamque conseruandam media suggeruntur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40105

S. Vincen-
de vita spi-
ritu. c. 1.

Vere pau-
per est spi-
ritu. qui
paupertate
in delecta-
tur incom-
modis.

Scribit quidam vir sanctus: Laudabile non est, aliquem pauperem esse, nisi dum cum pauperimus est, eam qua laborat paupertatem diligit, ea gaudet, eam perferit, & quicumque in eadem occurrunt defectus & carentia, æquo animo ex amore Christi lesu tolerat. Qui ergo videre vult, verene pauper spiritu sit, & num in eo proficiat, videat num paupertatis effectibus, nec non eiusdem amicis & sodalibus (puta fame, siti, frigore, defatigatione, nuditate) læteretur. Vide num veste trita obsoletaque, & calceis veteribus læteris: vide num gaudeas, cum quid in mensa tibi deest, quando in re aliqua præteriris, quando quid non vsque adeo ad palatum tuum est: vide denique, num volupte tibi sit, cum cubiculum vsquequaque accommodum non est. Si enim in his non gaudeas, nisi hæc non ames, sed declines, nondum ad spiritus paupertatem peruenisti; quod postea vberius declarabimus.

CAPVT VII.

Aliqua ad paupertatem spiritus consequendam, eamque conseruandam media suggeruntur.

AD paupertatem spiritus obtinendam, illiusque conuersationem non pauper spiritu nulla re tanquam propria vti-
3 p. Confit. c. 1. §. 7. & reg. 24. Summary. Lib. 5. c. 4. Vita B. P. Ignatij. Pauper religiosus in.

Ad paupertatem spiritus obtinendam, illiusque conuersationem non pauper spiritu nulla re tanquam propria vti-
3 p. Confit. c. 1. §. 7. & reg. 24. Summary. Lib. 5. c. 4. Vita B. P. Ignatij. Pauper religiosus in.

res, non magis inde doleas, quam statua cum suis vestibus spoliatur. Si id tali modo possideas, minimè id velut proprium duces. At si, cum tali cubiculo emigrare, tale quid à te abdicare, aut cum altero commutare iuberis, magnam in te repugnantiã sentias, vel difficultatem, nec instar statuae te geras; signum euidentis est, id te velut proprium dixisse, propterea quod doleas & angaris, cum ipsum tibi auferetur.

Hanc ob causam sanxit B. P. vt Superiores nostri subinde subditorum suorum quoad virtutem paupertatis & obedientia, periculum faciant ac tentent, perinde ac olim Deus, inquit, Abraham tentauit, vt qua quisque virtutem habeat, appareat. hacque ratione illis detur occasio magis in eadem crescendo Optima quædam probandi ratio, & conuenientissimum quoddam ad id quod dicimus, medium est, autere nobis id quod habemus, & ipsum cum alio vt commutemur iubeo. Quocirca S. Augustinus, de affectu erga res hæc terrenas loquens, ait, *Plerumque cum adsumus nobis, putamus quod non ea diligamus, sed cum abesse ceperint, inuenimus qui simus.* Si, dum vel ipse rem aliquam relinquit, vel ab Superiore ea tibi tollitur, repugnantiam vel difficultatem aliquam in te sentis, & fortasse tu te tentas; signum est te nimio opere erga eam affici; ex affectu enim dolor hic & sensus est enatus. Hoc enim ne amore nostro adlerat, quod sine dolore rem quædiscedit, ait Augustinus, *Non relinquitur sine dolore, quod cum delectatione retinetur.* Quando sine dolore rei alicui renunciamus & tristitia, argumento id est, illi nos affectu non adhaesisse, nec perditẽ eam adhaesisse: at, quando cum dolore & amaritudine animi relinquimus, indicio est, mirè erga eam nos affectos fuisse. Optimum ergo & consultius est, vt sæpe nos hinc in rebus Superiores exerceant, cubiculum quod fortasse commodum nobis erat, & erga quod valde affecti eramus, nos mutare, librum quoque carum dimittere, & vestem cum alia incommodiore mutare iubendo; ne quid in huiusmodi

modi rebus nobis prescriptione vindicemus. Hac enim ratione paulatim subingredi possit proprietatis, & solidissimus hic paupertatis murus, scilicet subruat ac everti.

Exercitium hoc per frequens fuisse legimus apud priscos illos Patres, ne erga frivolum, quod haberent, nimio opere afficerentur, idque sibi velut proprium assererent. Sic S. Dorotheus cum discipulo suo Dositheo fecisse legimus. Cum enim hic illo iubente vestem confuisset, & optime sibi accommodasset, eam deinde Superior illi auferbat, & alteri dabat. Hoc porro S. Dorothei liber cum nostra procedendi ratione & instituto optime congruit, & ad multa minuta particularim descendit. In eo legitur S. Dositheus, cum domus infirmarium ageret, & gladioli cuiusdam & cultri amore caperetur, eum à S. Dorotheo superiore suo, non in suis ipsius, sed in nosocomij, cui praeerat, usum petiisse; ex hoc vero audiisse: *Placetne tibi Dosithee? Visus fieri huius gladioli servus, an servus Christi? Non erubescis appetere & velle, ut gladiolus hic admissus tibi?* Quoties id nobis ipsis dicere possemus, Non erubescis, ut puerilis aliqua ineptia dominetur tibi, teque transuersum abripiat? Eum posthac amplius ne tangas. Dicitur factum. Nam ex inde eum Dositheus cultrum in manus non sumpsit. Nostrum vero est hac non ut inania, vel pueriles nugas, nulliusque momenti rem ducere: ut S. Hieronymus simili in exemplo praclare scribit: *Iis, inquit, qui virtutis valorem & pretium ignorant, nec ad perfectionem puritatemque eius perueniunt, hac fortasse ludicra & puerilia, paruique momenti videbuntur; sed reuera non nisi summe cuiusdam perfectionis, & sanctae sapientiae sunt, quae à sapientibus & prudentibus huius mundi abscondita, at humilibus ac simplicibus corde reuelata & manifesta est.*

Alterum, quod nobis ad in hac spiritus paupertate iniolate manendum, mirifice conducet, erit, nihil habere quod superfluum sit. Quod in Societate, singulari Dei beneficio in primis seruatur. Cubicula quippe nostra petinde sunt, atque illud,

Rodriguez exercitij part 3.

quod pia illa Sunamitis in Elisaei Prophetæ usum, semper instructum & paratum tenebat. Cum enim identidem Propheta per eius aedes transiret, ait viro suo, *Animaduerto quod vir Dei sanctus est iste: faciamus ergo ei cenaculum paruum, & ponamus ei in eo lectulum, & mensam, & sellam, & candelabrum, ut cum venerit ad nos, maneat sibi.* Hæc ergo cubiculorum nostrorum esse suppellex debet; videlicet lectulus, mensa, sella, eandelastrum, id inquam tantum quod necessarium est. Nequaquam enim apud nos moris est, nec villo modo permittitur, ut quis cubiculum figuris, tabulis, pictisve imaginibus, aliisque ad genus rebus instructum & adornatum habeat; illicitum quoque est sedilia ornata, armariola, pulpitumve operis elegantioris, tapetia mensalia, aut ad ianuam prætensa velamina habere, uti & electuaria, tragemata, aut aliud quodcumque delicatius hypotrimum ad nostram, vel aliorum, qui nos visitaturi sunt, consolationem recreationemque asseruare: adeo quidem ut, quo vel paucillum aquæ bibatur, facultas Superioris petenda sit, & ad refectorium eundum, imo, ne librum quidem habere fas sit, in quo vel linea calamo ducatur, & quem secum quis tollere possit. Negari profecto non potest, quin hæc magna sit paupertas: Simul tamen id non parua quies est, & ingens perfectio. Certum est enim, per isthæc religiosum mire turbari, inquietari & impediri: Et enim hæc non sine magna animi anxietate & distractione haberi, conseruari, & adaugeri constat. Porro dum ea haberi videntur (vti id apud nos veretur) nullum profus omnia hæc inconuenientia locum habent. Hinc inter alias rationes, ob quas in Societate exteros ad cubicula nostra admittere non solemus (vt alia taceam incommoda, hinc sequi solita (non postrema est hæc, vt hoc pacto suo in vigore melius nostra conseruari paupertas queat. Homines siquidem sumus; nescio autem utrum, si in cubiculum nostrum veniret nobilis, mercator, aut doctor, cuius confessionem excipimus, tantum virtutis nobis futurum

N esset,

A. Reg. 1. 9. 4. Quasi pauperum religiosi cubicularia supplere.

Quasi in pauperum religiosorum cubiculo superflua.

Paupertas cubicularum in societate loca.

Per superflua in cubiculo surbatur religiosum.

Ad paupertatem conseruandam Societas exteros ad suorum cubicula non admittit.

esset, vt ea quam in ipsis præferimus, paupertate contenti simus: at vereor potius, ne ipsum libris instructissimum habere vellemus: nam propter libros saltem, me visitans, vt doctum magnique nominis virum existimabit. Proinde magno hoc nobis est ad paupertatem nostram cōseruandam, superfluaque nulla habenda, auxilio, ipsumque magni faciendum, danda quoque opera, vt semper in eo progrediamur.

Optimum quoque ad in sancta hac paupertate manendum, medium, ipsumque in primis laudandum est, id quo religiosi nonnulli vtuntur, diuin cunctas suas reclusas (quas affectiones vocitant) ad Superiorem dederunt, easque omnes à se abdicant, tamen ea alioquin sint huiusmodi, vt licite & præter obedientiæ prætergressionem haberi possint. In Chronicis Ordinis S. Hieronymi legitur, hoc illius sub initia exacte solitum obseruari, tamque sollicitè aduigilasse Superiores, ne quis religiosorum superfluum aut curiosum quid possideret, vt cum penes aliquem quid aut curiositatem, aut paruam religiositatem spirans reperiretur, fratres omnes ad Capitulum cōuenire, ibique ingenti excitato furore, ipsum flammis absumere solerent, dicebantque sancti hi viri, id genus in anias religiosorum idolatriam videri. Hoc ergo nostrum est imitari, & omnia quæ nobis hand sunt necessaria, cubiculis excludere, eaque à nobis omnimodis abdicare, ad Superiorem ea, sine ulla eorum redhabendorum recuperandorumque spe deferendo, eique offerendo. Vt autem hæc à nobis abdicemus, & Superiori offeramus, affectu nos quodam in illa terra non est necesse, satis est, si ea necessaria non sint.

Addit his aliud quid S. Bonaventura, nimirum, ne quidem vt alijs detur (vti nonnullis facere cōstat) per speciem præmiorum, & ad eos lucrificandos, vel sub deuotionis prætextu, huiusmodi à quoquam reclusas possidendas videri: quia tandem eorum hominis occupant, & distractionis magnæ sunt occasio: vt taceam, hominem hoc pacto se singularem facere, & inter alios velut eminere velle: ipse quippe videtur esse is, qui harum rerum in domo velut officii-

nam teneat, & ad quem omnes recurrere debeant. Est & aliud, inquit sanctus ille Doctor, præterea hæc in re incommodum, nimirum, quod sæpenumero id genus reclusas sine Præpositorum licentia alijs dentur (modo quidem, quod inaduerterent id fiat: modo, quod toties ad Superiorem cum huiusmodi nugis recurrere aliquem pudeat) simul etiam quod is in causa sit, cur & alij eas subinde sine licentia & facultate recipiant: tum quod illas recusare non audeant, tum ne ei qui illas dat, pudorem incutiant. Atque ideo in causa est, cur alij propterea partim scandalizentur, partim scrupulū & remorsum sentiant. Interdum quoque per hæc donaria & munuscula particulares quædam foueri aliqui solent amicitia & familiaritates, quas sancti Patres admodum fugillant, quod hæc (sicuti uo loco diximus) in summum fraternæ caritatis & vnionis præiudicium cedant. Hanc ob causam nostris hæc, ait S. Bonauen. maioribus non placent; vt & in religione hac nostra mire displicent. Etsi enim id in nonnullis, ob ea quibus funguntur, ministeria toleretur, in alijs tamen, superioribus id non placere, & fratribus nostris scandalo esse, in confesso est. Religiosus quippe adeo esse debet inops, vt quod det, non habeat. Atque hoc est, quod alios edificat, qui autem minutias & reclusas habere gestiunt, quas alijs dent, nec proximum edificent, nec tanti ab alijs ducuntur. Quocirca æquum videtur, vt in hoc sancti Bonaventuræ consilium sequamur.

Huc quoque non parum conferet si consuetudinem moremque, in quo sanctæ paupertatis virtus non mediocriter relucet, & quæ in Societate per Dei gratiam, satis exacte vsurpatur, promouere studeamus: quod nimirum cubicula occlusa non habeamus, & sine particulari Superioris venia nos armarium, pulpitem, arcam, aut aliud quid quod secla clauditur, habere nefas sit. Omnia quippe Superiori aperta sunt & patentia. Adeo vt etiam in ipso modo habendi ea quæ habemus, & quibus utimur, dicere palam videamur, Accipe id tibi, si visis. Bene autem id ponderauit S. Hieronymus

Insigne pauperitatis documentum est, si res belias & superfluas religiosi superioribus in manum tradant.

Cap. 43.

Pauperes ex S. Hieronymi ordine res olim superfluas & curiosas in numerum collatas in capitulo conseruabant.

Lib. de informat.

Nonisior.

p. 2 c. 9.

Res superflua ad Superiorem delata non facile alio danda.

Regul.
Triplex se-
cundum
quod
regulatur.

onymus dicens, *Nec opus sit clauibus, si iam ex ipsis monstratur exteriorum indicis quod nihil habetur extrinsecum prater se sum.* Esto autem omnia ita in propatulo & aperta sint, à parte domesticorū tamen ea per Dei bonitatem tutissima sunt. Ut enim ipsum facile satis & secure facere possimus, B. P. N. regula quadam particulari sanxit: Primo quidem, ne quis alterius cubiculū sine Superioris facultate ingredi præsumat: qua inhibitionis sera & clauē cubiculum nostrum melius custodiatur oportet, quam clauē quadam ferrea. Deinde ne quis è domo vel fratris sui cubiculo Præpositi iniussu quidquam accipiat: quæ secunda sera & clauis est, & quidem validissima. Omnia obsignat & confirmat ipsum paupertatis votum, quod tertia catena & obseruatio est, eaque solidissima. Tribus hisce seris & clauibus, ita fortibus, magis tum cubiculum, tum quidquid eo continetur, à domesticis tunc & clausum esse debet (etsi omnia pateant & in propatulo sint) quam si ferreis ianuis & catenis obseruata essent. Omnes ergo dare operam debemus, ut id passim obseruetur, quo magis in vsu sit, ac semper latius promanet. Magna porro castigatio dignus foret is, qui per audaciam suam in causa esset, ut hæc simplicitas, sinceritas, & perfectio, quam Societas quoad hoc obseruat, violaretur, nosque periculo exponeret, ut tentam sanctam, & in qua sanctæ paupertatis virtus ita resplendet, immutaremus. Quos grauitur, & verbis efficacissimis Sancti Basilii & Bonauentura perstringunt.

Constit.
c. 2. §. 3.
in declaracione.

CAPVT VIII

Aliud suggeritur medium, quod nobis ad paupertatem spiritus obtinendam, & ad in eadem manendum, mirifice conducat.

Ad paupertatis spiritus conseruationē, & ad perfectionem eiusdem obrinē-

dam non parum quoq; nos iuuabit, si non solum superflua à nobis abdicemus, verum & operam demus, ut etiam in ijs quæ prorsus necessaria sunt, & quibus plane carere nō possimus, paupertatis virtus reluceat, ut in omnibus iis, pauperes cum simus, pauperes appareamus. Hoc nobis S. P. N. Ignacius in Constitutionibus præscribit, & secundum commendat. *Vestis, inquit, vestitus & lecti ratio erit ut pauperibus ac commodata: & unusquisq; sibi persuadeat, quod quæ vilissima erunt ex iis quæ domi sunt ei tribuentur, propter maiorem abnegationem, & spiritualem profectum.* Et alio in loco. *Diligant omnes paupertatem & matrem. Suxta mensuram sanctæ discretionis sui temporibus eius effectus aliquos experiantur.* Vult ergo S. P. ut id quod vile, & omniū pessimū est, nobis desideremus: non tamen, ut non nisi nuda semper concipiamus desideria, sed ut re & opere ipso aliquos incerdūm paupertatis effectus sentiamus: ut, esto nunquam desit quod ad vitam ducendam necessarium est: semper tamen sit, in quo sanctæ paupertatis virtus queat probari. Neque vero satis illi id fuit ita in genere semel & iterum declarare: verum etiam postea in sexta Constitutionum parte, ex professo & in particulari explicat ac describit, qualis noster esse vestitus debeat, ut, cum vna ex parte religiosus sit, ac ministeriis nostris conueniens, ex altera etiam paupertati quam profiteamur, respondeat. *Tria porro in illo seruanda monent. Primum, ut honestus is sit, quia religiosus sumus. Alterum, ut regionis in qua viuimus, consuetudini vsuique sit accomodatissimus: propterea quod nostra viuendi ratio quoad exteriora communis & vulgaris est. Tertium, ut paupertati non aduersetur. Tum autem, ut eo libeo declarat, vestis nostra paupertati aduersetur, si è panno subtiliori confectetur. Quem si parentes, consanguinei, amici ac benefactores dare cupiant, illius est eum minime usurpare: neque enim ea pauperis & Constitutionibus nostris consentanea vestis foret. Obiciunt autem nonnulli,*

Cap. 4. Exa.
gen. 5. 26. &
regul. 25.
Summar.

3 p. Constit.
c. 1. §. 25. re-
gul. 24.
Summar.

3 p. Constit.
c. 2. §. 3. &
littera C.

6 p. Constit.
c. 2. §. 15. &
in declaracione.

Vestitus sit
honestus.
Consuetudinis
accomodatissimus.

Paupertati
conueniens.

